

Quod Regis edictum nullis magnatum precibus infringipotuit. Iis tamen, qui ad Christianam religionem animum adieciant, & Baptismi fides imbuebantur, & manendi libertatem concessit, & facultates restituit anno 1182. Vincent. l. 29. cap. 25. Henric. Ebor. Guogum. lib. 6. de Francis.

Clodoveus Francorum Rex, quatuor reliquit filios, Theodericum, Childebertum, Clotharium, atque Clodomirum: qui inter se regni ditionem, quam pater mirifice ampliavit, partiti, concordibus animis regnabant. Turingis ea tempestate Ermenfredus Rex praeerat: qui suavis uxoris Amelbergae duos fratres, quod regnum affectasse dicebantur, Bertarium, atque Baldricum necaverat. Id dolentes Francia Reges, quod eos sanguine contingerent occisi juvenes, bellum indixere Turingo, moventque in hostem. Ille dolos fruens, qua parte intraturos sciebat, fossam grandem aperuit, eamque viridantibus operit ramalibus, atque cespitiibus. Ea re compta Reges in hostem irrationes feruntur, occurrentem praelio fundunt & fugant, insequunturque fugientem ad fluvium usque Onfrid. Ibi praelium instaurant Turingi ex fuga subfistentes: sed tanto feruntur a Francis ardore, ut stragis magnitudinem eorum cadaveribus fraverit Francis transfugerit. Ermenfredus tunc ex fuga se cum paucis in urbem recepit: unde fide regia evocatus ab Theoderico in Tulbacum castrum, cum ambularet invicem colloquentes, loco praecipiti Theodericus ex latere ambulante, & nihil tale formidantem, cubito impellens praecipitavit, renunquique occisis ejus liberis in potestatem accepit. Hae Gall. Aliter Saxones. Crantzius lib. 1. Sabell. cap. 27.

Cum EGANUS, Hungi Pictorum Regis F. Dorstolorum fratrem, ut imperio potiretur, ex insidiis interfecisset: Brenna Dorstolori vidua, mariti caedem ultura, noctu, dum ex nimia crapula altius dormiret, Eganum in medio flatorum ebriorum agmine strangulavit. H. Boeth. lib. 10.

Duffus, Scotorum Rex, Moravos rebelles aliquot in cruce sustulerat, & inter eos Donevaldi Forreftenfis arcis praefecti necessarios aliquot eleganti forma adolescentes: quorum ille supplicium frustra apud Regem deprecatus fuerat. Vindictae jectur libidine flagrans, uxoris quintem furis magis accessus, Regem in arce divertentem, quatuor servos noctu jugulari curavit, stipatoribus somno, vinoque sepultis.

Cadaver per medios cubicularios exportatum, equoque impostum, ad alterum miliare devehitum est. Ibi ane paulum derivato, ac terra altius deposita, in nimam serobem est conjectum, saxaque cum luto superposita, ut ne agnosci quidem possent, ibi quiescunt desolatum fuisse. Mox ane in pristinum alveum redudo, iis, quorum opera in eo negotio usi fuerant, interfecit, ne unquam cuiquam, ubi Regis funus esset reconditum, pateret, servi Regis percussores in Orcades exulatum abiere. Donevaldum ita fieri imperasse scribunt: ne exanimis corpus postredie in aperum delatum, indicio foret caedis auctorum. Constant enim inter Scotos fama est, caesi cuiuscumque hominis cadaver, praesente interfecit, cunctis ex vulneribus recentium cruorem emittere. Donevaldus secundum Regis caedem, inter stationarios reliquum noctis perseveravit: multa de regia in se benevolentia, de donatis, de sua in Regem fide, ceteris Moravis ab eo deficientibus, loquutus. Prima luce in regio cubiculo obortus clamor, casum Regem Donevaldus dissimulato facinore in cubicularios facto impetu, quasi posticum clam referant, omnes trucidavit. Etri vero proceribus Donevaldi affeclata diligentia suspecta erat, tamen prope domum singuli abiere. Sexto post mense Culenus in Moraviam ducit, Duffi caedem insolita caesi inementia arguente ulturus. Donevaldus clam omnibus in Norvegiam fugit. Rex Forreftensem arcem caesi omnibus incendit: solis templis, ac sacerdotibus peperit. Capta Donevaldi conjux, tribus cum filiabus, torturis subiecta, auctores sceleris fatetur. Donevaldus vi ventorum in litus rejectus, capitur, & quatuor percussores a Rossis nobilibus ex Orcadibus adducti, in suspitionem venit, quasi eo conficio, vel potius auctore, tam atrox consilium intum fit. Captus igitur, gravissimae tormentis diu tortus, cum interdum pater ipse filii clamores exaudiret (sunt tamen, qui idipsum dedita opera factum suspicentur) nilque unquam confessus, in perpetuum exilium est missus: unde revocari nunquam potuit, licet caedis paratorem alium, qui tamen ex humanis discessisset, quidam proderent. Egnatus lib. 5. c. 8.

FR. ALMEIDA, Indiae praetor, ab Emmanuele rege in Lusitania revocabatur, Alfonso Albuquerque Imperii tradere iussus. Erat

erat Ecclesiam in villa Zuelme. Superveniens Comes armatus, Archiepiscopum magno certamine, cum viginti octo vulnera intulisset, occidit. Henricus Archiepiscopus caedem antecessoris ultans, arcem Isenburg evertit, Fridericum per insidias captum, & Coloniam introducit, per adversam portam, qua erat invehendus caesus Archiepiscopus, rotae supplicio affecit. Ita pavit corpus nobile cadaver. Germani fratres ejus, Bruno Osaburgensis, & Theodericus Monasteriensis Episcopi, velut complices, & ad minus conficii, accusantur apud summum Pontificem: & ut fertur, etiam vincuntur, deponunturque: sed gratia assecuta, restituntur. Comites de Texenbourg, & Zualenberge feruntur se legitime purgasse. Negare tamen nec poterant, nec volebant, quin in foedere fuerint cum Friderico memorato. Ceterum consilium caedis longè a se removerunt. Feruntur tamen ambo, in monasteriis diversis, legitimam in finem usque vitam peregrisse poenitentiam. Crantzius lib. 7. Metrop. cap. 43.

JOANNES Holfatia Comes, Lubienibus amicitia laxandi animi gratia civitatem ingressus erat. Ibi miles quidam Burcardus Boet. quem pridem ob merita exulavit Holfatia, in oculis Comitissae pertinae obambulant, quasi exprobrata illi impunitatem suam, & illudabat potentia nihil audentis in civitate. Comes ita conatus, arrepto gladio sequitur fugientem: & teli more vibrato in tergum fugientis, confodit. Cives arbitrati suae civitatis iuribus non mediocriter derogatum, Comitum insequuntur fugientem. Ille vulgi iram declinans, paucis suorum insequentibus, urbis praesides pedes petivit. Inde obfistentibus avertis cubitus, Ecclesiae majoris turrim ingreditur: & se manibus proconsulum permisit, pollicitus iurum quò vellent. Illi orant, ut placandae multitudinis gratia pratorium secum adeat. Deferbitur in dies motus civium, & cepta est haberi custodia negligenter, ex sententia majorum. Ipso meridie, cum omnium fores prandentium clauderentur, Comitissae ministri de fenestra demissum Comitum in equo collocantes, properabierunt, nemine insequente: cum gaudent urbis praesides Comitum in sua redisse incolentem (quod ad civitatis honorem pertinere videretur) postea cum illo ex tempore transfugit. Comes illata, ut putabat, injuria memor, non multo post Lubienicum agrum vastavit. Sed illi pari reulerunt. Nec multo post ille ex morbo obiit. Crantzius lib. 8. Saxonia. cap. 24. & 25.

BAJAZETES I. Turcarum Rex, interfecit patre Amurate ab Servie Despotae servo, contra Marcum Bulgariae Principem, patris mortem vindicaturus, magnum comparavit exercitum: profectusque ad locum, ubi prius pater fuerat interfecit, Marcum ipsum cum omni Bulgariae, ac Servianorum nobilitate in pugna trucidavit: ac post eam victoriam omnibus serè Bulgariae civitatibus, & multis locis potius est. Neque ita multo post, nempe anno a restituata Salute MCCCXXVI. per Bosnia transiens, crudelissimas in Hungaria, Albania, & Valachia excursiones fecit, Christianosque quamplurimos in Thraciam captivos duxit. Jovius in vita Bajazetis I.

ALPHONSUS Ferrariensis Dux, Bastiam ab Hispanis occupatam oppugnans, mari fragmine tormento icti caput laesum, morturo similis concidit. Milites, Galli praesertim, ira, & dolore incitati, longè accerrimos propugnatorum irruendo, prorellendoque, in Bastiam, caede latissima hostium edita, petere. Nec fuit quisquam, qui vel supplicii, & proiciendi ad terram arma hosti parceret: cum quisque principi suo, quem sublatum pro mortuo viderant, hostili sanguine parendum existimaret. Jovius in ejus vita.

Interfectus fuerat Venetiis notu domum rediens decemviralis consilii praefectus, praesente funali, dum ex senatu rediret, haud longè ab aedibus suis HERMOLAUS Donatus, vir ea tempestate longè clarissimus: nec de caedis auctore factis constabat. Movit id facinus tam inexpectatum universae civitatis animos supra quam quod credi possit: cum non multo post Jacobus Foscarus, Ducis Venetorum filius, in suspensionem venit, quasi eo conficio, vel potius auctore, tam atrox consilium intum fit. Captus igitur, gravissimae tormentis diu tortus, cum interdum pater ipse filii clamores exaudiret (sunt tamen, qui idipsum dedita opera factum suspicentur) nilque unquam confessus, in perpetuum exilium est missus: unde revocari nunquam potuit, licet caedis paratorem alium, qui tamen ex humanis discessisset, quidam proderent. Egnatus lib. 5. c. 8.

FR. ALMEIDA, Indiae praetor, ab Emmanuele rege in Lusitania revocabatur, Alfonso Albuquerque Imperii tradere iussus. Erat

erat autem ille comparanda classis vehementer intentus, qua A Mirhocemum, Sultani duces, & Calecutienfium regem invaderet, & ab hostibus de filii Laurentii necne penas expectaret. Itaque Albuquerque prociocione tradere noluit, sed contra hostes profectus, inter Diuum, & Cochinum hostium classem insigni victoria prolisavit. Osorius lib. 6. ver. Emm.

INSIDIAS. ARTAXERXES adversus quinquaginta filios, ob insidias struendas, severus fuit. Cum enim comperisset Darium, cum reliquis fratribus ob denegatam sibi Aspasiam, patris pellicem, interfectioni sui consilium cepisse: cognati patricidii penas, cum fratribus nefarie conurbationis conscis, ab eo poposcit. Interfecta etiam cum his sunt uxores, & liberi, ne veltigium tanti sceleris ullum extaret. Sab. lib. 4. Ann. 4.

Ad MITRHADATEM Eupatorem, Ponti regem, cum bellum adversus Romanos gereret, Atilius Romanus senator exilio multatus, se conulerat, tanquam illic turò futurus: re autem vera sperabat, si eum occidisset, reditum se in patriam consecuturum. Sed re detecta, Mithradates Atilium, consciotique B morte cum affecisset, solis servisignavit: arbitratus, ut regem agere decessit, servitibus nexu coactus, fortasse studio etiam, ac benevolentia in dominum, omnibus in casibus fidem praestare voluisset. Fulg. lib. 6. cap. 5.

GULIELMUS a Douglass, Comes opulentiss. & potentiss. contra Jacobum II. Scotorum regem cum quibusdam aliis conjuravit. Benigne a rege demissus, ut in meliorem mentem rediret interpellatus, superbe admodum respondit. Se foedere nec posse, nec velle solvi. Cūque multis precibus rex se nihil praefectum videret, & ac majora metueret: Quandoquidem, inquit preces meae te exorare non poterunt, hic (inquit) efficiet, impiiisque vestras conjurationes dirimet. Diocleus citius gladium in ventrem illi fixit, simulque ad tumulum, qui ad ostium stabat satelles, accurrentes, Comitum occiderunt, anno Christi MCCCXXI. Secuta sunt bella intestine crudelissima, & tota Scotia in regias, & Douglassae factiones divisa. Ceterum rex tandem victore valuit. H. Boethius lib. 18.

VERBERA, PULSATIONES. Innova lege Christi apostolus PAULUS in facie caesus, tam acre tulit, ut Anania sacerdoti, qui ipsum caedi iussit, maledixerit, dicens: Percutiet te Deus, paries de albat. Et cum argueretur injuria in sacerdotem: Nesciebam, inquit, fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principi populi tui non maledices. Ignoracionem ergo officii excusavit non hominis. Nec maledictionis affectu hoc dixit: sed Spiritu sancto concitatus iniquo homini poenam denunciavit. Marul. CLOTHARIUS rex Francorum, cum audiret forem suam in Hispania ab Amalrico rege propter fidem Christianam multis modis affligi, pugnam in Hispaniam vertit: ibique Amalrico interfecit, thesauris ejus direptis, & Toletu urbe vastata, cum fore domum reversus est. Chron. Toonis. de justitia. item Adon. etate vi.

BOLO Arelatenfium rex ultimus, Episcopo Arelatenfi in vigilia natalis Christi, ne officium in Ecclesia nocturnum celebraret, nisi ipso praesente, mandavit, Episcopus cum aliquo die cum sacerdotibus adventum regis frustra expectasset, profectusque est sacra. Superveniens rex, dedit Episcopo alampam in medio populi. Super ejus facinore cognito cum deo collati iussit, & intercedentibus multis: Non est aequum, inquit, ut rectum Imperatoris iudicium suspendatur, cum non conveniat ullum verbum ex principis ore frustra egredi. Seb. Müll. lib. 2. Cap. 5. de Arelato.

FORTUNAS PER REGNI AFFECTATIONEM.

Consule Tit. Tyrannica crudelitate, piana item Tyrannicidarum, item Emulationis Imperii.

ACHILLE tantum Alexandriae obsessio, & tandem dedito, victoriam tyanno Diocletianus exercuit, ut qui bellicarum artium, quam civilium, esset patientior. Nam & Alexandriae muros diruit, & urbem diripiendam permisit, ita ut preciosissima quaeque templorum ornamenta detraxerit: & Aegyptios exiliis, ac proscritionibus afflictauit, & Achillem delectationis artificem capitali supplicio vindicavit, & commentarios de fodiendis metallis scriptos Alexandrinis eripuit. Sigonius lib. 1. Occid. imp.

SP. CASSIUS, qui tribunos plebis Agrariam legem primus tulit, filium ob affectatum regnum damnavit, verberavit. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

busque affectum de Tarpejarae praecipitati iussit, ac peculium ejus Cereri consecravit. Val. Max. lib. 5. cap. 8. Sabell. lib. 3. cap. 1. & lib. 1. Ann. 3. ex Liv. lib. 2. Dec. 1.

LICINIUS vita donatus a Constantino Magno, Nico-mediae privatus vivens, cum occulte rebus novis studere, & contractis militibus populos ad defeccionem sollicitare deprehensus esset, ingenti Gothorum manu Thefalonicam missa, in potestatem adductus, cum fidem, fac misericordiam Constantini imploraret, simulque affinitatis vinculum, & fororis matrimonium identidem memoraret, statim capite multatus, meritis suae erga Deum, hominesque impietatis penas persolvit. Sigonius lib. 3. Imp. occid.

DALMATIUS Caesar, Calocerum quendam res in Cypro novas molientem, atque ad tyrannidem aspirantem, acie victum in potestatem redegit, & Tarsi in Sicilia vivum comburi iussit. Sigonius lib. 4. Imp. occid.

CONSTANTINUS Imp. ad iram tardus erat, sed propensior in severitatem, cum suspicio Imperii ageretur: Cuspin.

WALTERUS Atholiz comes, regno Scotorum inhians, F Jacobum I. regem, suo ex fratre nepotem, Perthi apud S. Dominicum agentem obturcare statuerat. Corrupto custode praeforibus quendam alicum expectabant, per quem apertis foribus irrumperent. Priusquam is veniret, quidam apertio ostio ad vinum inferendum accurreret, ubi armatos vidit stantes, prodicionem exclamans, ex templo quidem interfecit, eam tamen motam praebuit, ut ostium, accurrente Catharina Douglas nobili adolescentula, clauderetur. Verum pestulo magno, fraude alicui ablatu, cum ad manum nihil esset, manum in foramen inserit. Sed confraclato brachio tenello, ac fragili, atque virgine repulsa, in cubiculum invasit, ac iis, qui obstabant interfecit, aut percussit, laesa etiam regina, regem multis confectum vulneribus trucidavit, anno MCCCXXVI. Percussore Edinburgi a Scotis deprehensi Comitum Atholiz conspiracionis principem, omnibus spoliatum veltibus, praeterquam linco, quo pudenda tegebantur, confecta machina ad modum ciconiae, qua e puteis aquam hauriunt, veluti in crucis formam, desinaxae in vehiculo, uni parti alligavit, & ex adversa G fune vinxerunt. Primò die circumvehentes per urbem nunc in altum erigebant, omnibusque conspicientem paricidam exponebant, nunc in terram demisso, coronam ferream candentem capiti imponebant: ut fidem facerent oraculo a saga olim accepto, priusquam e vivis discederet, publice coronandum iri: quo ille dementatus, per fas, & nefas ad regnum aspirarat. Secundo die ipse caudae equi alligatus, ac focii esedae impositi, per urbem omnem pertracti sunt. Tertio die mensa impositus est, & viventi intestina extracta, ac in ignem conjecta: cor subinde palpans extractum, ac igni injectum. Tum caput praefectum, ac corpus in quatuor divisum partes, ad quatuor regni regiones missum. Robertus Nepos, qui instigatus ab illo fuerat, ad crucem fixus in quatuor partes disceptus est. Robertus Grame, quod praecipuus Regis percussor existisset, impositus vehiculo est: ac manna, qua facinus perpetraverat, patibulo; sub quo stabat, in curru fixo alligata, a tortoribus stimulis ignitis ca corporis parte, qua vulnera minime lethalia sunt, compunctus, circum urbem vehens, in quatuor disiectus est partes. Reliqui itidem qui consilii sceleris fuerant, turpissimi H ma morte affecti sunt. Heft. Boethius lib. 17.

CAROLUS Calvus Imp. Carolomanum F. Ducem Provinciae, in se conjurantem, luminibus privavit. Cuspin. & Fulg. lib. 5. cap. 8.

CANDIANUS, Venetorum Dux, filium Petrum ob conjurationem adversus se in initam perpetuo exilio multavit. Egnat. lib. 5. cap. 8.

BOEMUNDUS Teupulus, patre Venetorum Duce (ex Sarmatica tamen matre) genitus, cum ipse sibi tyrannidem, Duce, patribusque interfecit, asstruere conaretur, dedit meritas penas, dederunt & reliqui tanti furoris comites, quando aliis, aut subito securi percussis, aut in exilium missis, ipse quoque Boemundus exulavit, donec merito sit ab externis hominibus interfecit. Celebris est adhuc Venetiis tam nefandi sceleris memoria, multis patrum indicis, vel quod primum invisitur a principe, patribusque, & ab universa civitate D. Viti templum, vel quod ipsius Boemundi aedes, qua in Rivalina sede posita erat, in publicum macellum sint conversae, in hunc usque diem: vel quod decemviralis consilium, a quo publice dignitati,

& libertatis fastidium penderet, rem primum institutum sit. A cautumque etiam, ne in centum annos uni familiae, quae cum ipso Boemundo conspiraret praecipue, aditus ad decemvirale esset: vel denique, quod familia ipsius insigne sit penitus immutatum: hoc etiam decreto edito, ut nemo Venetis aut in albo, aut quovis alio loco nomen ipsius Boemundi retineret. Egnat. lib. 6. cap. 8.

PRIVILEGIA ERPTA.

JAROSLAUS Polonus, qui postea Archiepiscopus Gnesnensis fuit, cum juvenis adhuc Bononiensis Academiae Rector esset, transitul inde Academiam sua auctoritate propter Britannum, five Anglum quendam scholasticum, a magistratu urbis capite plexum: nec prius eam restituit, donec pro caede Angli satisfactum est. Cromerus lib. 13.

IRRISIONEM.

ELISEUS Propheta, cum Bethel venisset, egressi ex oppido pueri cum deridebant, dicentes: Ascende, calve. Ille vero ira percussus, eos detestatus est. Et duae urbes ex sylva egressae, XLII. pueros laniarunt. 4. Reg. 2.

CLOTARIUS II. Francorum Rex, jumentum vetulum, ob canitiam, quamvis nondum quinquaginta annos natus, ab B Saxonibus se vocari aegerim tulit. Aemil. lib. 1.

CALUMNIAM, OBTRACTATIONEM.

Post pugnam infeliciter contra Graecos ad Mycalem Joniae gestam, cum Persae fugerent, MASISTES Darii filius, Xerxis Regis frater, conviciabatur Artaxerxi Joniae praefecto, cum aliis multis probris, tum vero dicens, illum muliere fuisse ignaviorem, dignumque omnino malo esse, qui de regia domo male meritus esset. Apud Persas summo opprobrio datur, auidre se muliere esse igna viorem. Artaxerxes acinacem in Masistem stringit. Quem irruentem cernens Xenagoras Praxilai, vir Haliarnaesus, hominem medium accipit, sublatum humi allidit, intereaque satellites Masistis affuere. Sic Xerxis frater servato, totius Ciliciae praefectura donatus est. Herodot. lib. 9.

SOTADES Cretensis, Poeta impurissimus, perit plumbeo vase inclusus, & in mare demersus, cum de Rege Lyfimacho, & Ptolemao plura impudenter scripsisset. Gyradius.

LEO V. Imperator factus, Theodorum Santabarenum monachum magum (cui Basilium Imperator tantum tribuerat, ut C ejus persuasum filium Leonem etiam Caesarem factum carceri manciparet) ab Euchais, ubi Ecclesiae praepositus erat, adduci iussit. Timens autem, ne Photius patriarcha illum defenderet, Photium ab Ecclesia repulit, & in Armenia exulare iussit, Stephano suffecto. Santabarenus in vincula conjectus, saevissime subitus est casus, & hinc Athenas in exilium missus, & paulo post execratus.

THEODORA Augusta Justiniani uxor, quomodo sese ultra sit in Joanne Cappadoce, viro iniquiss. qui apud Augustum calumnias ipsam fuerat, Procopius L. 1. de bello Persico explicat.

CONSALVUS Magnus Tarentum obsidens, in seditione militari ob dilata stipendia, violatus est contumeliosissimo verborum genere. Nam excusanti stipendiorum dilationem, & se in extrema pecuniae inopia constitutum esse juranti Hicchia Cantaber centurio superbe respondens: Si pecuniam, quam non habes, filias tuas prostitue. Quod verbum, quamquam nullum conceptae indignationis signum ab irato in praesens exciverit, adeo tamen alte in pectus descendit, ut cum seditione sedata certis pecuniae sponsonibus fuisset, nocteque infecta est, Hicchiam correptum laqueo strangulari, fenestraeque suspensum exercitui spectandum proponi iussit. Sotius in D Consalvo.

REPULSAM Magistratus.

C. FIGULUS in petitione consulatus repulsam passus est: idque eo gravius tulit, quod patrem haberet bis consulem. Ad hunc cum postmodum comitorum complures venissent consulendi gratia (erat enim Juris civilis peritissimus) omnes dimisit, ita praefatus: Consulere scitis, consulem facere necitis. Rostodamus lib. 6. Aepob.

Nuptiarum.

CAROLUS Magnus Imp. cum se filiam nuptiis daturum Constantino Imperatori, adhuc juveni, Irenes F. ostendisset, tamen mutato consilio denegavit. Ea re Constantinus ita vehementer incensus, & Caroli ulciscendi avidum Adalgium quondam Italiae regem, qui apud se erat, cum valido exercitu, sed irrito conatu, in Italiam misit. Sigonius lib. 4. regni Ital.

FRIDLEVUS II. Danorum Rex, per legatos aggressus est

Norvegiae regis Amundi filiam Frogertham, in uxorem postulare, quorum unus Froco nomine, fluctibus inter navigandum absumptus, infortunio mortis prodigium dedit. Quippe cadavere ejus fluctibus innatante totum mare cruciari cepit. Amundus, audito genitis Danorum paterno Fridlevum repudiavit: cumque se secundos misisset legatos, eos perdidit interfectis. Fridlevus Amundum & mari, & terra adortus, cum prope victus esset, Biornonis ducis sui cane Normannis immisit, victoria potitus est. Amundo caso. Saxo lib. 6.

CONJUGEM ERPTAM.

DIONYSIUS tyrannus, pulso in exilium Dione, ejus uxorem Aretan invitavit amici Timocrati despondit. Quam rem aegre adeo tulit Dion, ut bellum contra tyrannum suscepit. Plut. in Dione.

IGNOMINIAM QUAMCUNQUE.

PHOCION Atheniensis, cum capite jam damnatus esset, atque hujus amici ceteri, qui simul cum illo damnati fuerant, stentes ducerentur: ex inimicis quidam obviam factus, post multa convitia in faciem Phocion exivit. Tum Phocion ad magistratum clamans: Non hunc, inquit, compescat aliquis indecore se gerentem. Ita vir sanctissimus etiam mortuus publicae disciplinae curam habere voluit. Plut. in Graec. apopb. F. & in ejus vita.

LABERIUS eques Rom. miorum, fabularumque scriptor, cum jam grandis natu a C. Jul. Caesare penes coactus saltaret, & fabulas quas scripserat, ipse ageret praeter atatem, id ut potuit, ulcisci decrevit. Personam igitur Syrii servi induit, & tanquam a domino vapullasset, fugientis speciem praebens clamavit: Quirites, profecto libertatem amissimus. Fictio eo sermone, personae Caesaris tyrannidem haud obsecrare taxavit. Quam ob causam postea Laberius Caesari nuncquam gratias fuit. Fulgosus lib. 6. c. 7. ex Suetonio.

Capto Mediolano a FRIDERICO I. Imp. ea conditione vita civibus donata, si e muliere rima ficum dentibus eximerent. Id facere detrectatis, mox capite multati sunt. Mediolanenses enim Imperatoris conjugem, quae ad videndam urbem venerat, mulie impositam obversa facie per ludibrium urbe egerant. Inde natum in Mediolanenses proverbium, Ecco lo fico. Crantzii lib. 6. Saxon. cap. 35. 36. Chron. Saxoniae. Erfordienfis. Chron. Colonienfis.

Sponsalibus HENRICI VI. cum Constantia Siciliae regina, G Mediolani in hortis S. Ambrosii honestandis, cum omnibus e Lombardiae civitatibus legati adessent, Cremonenses non adfuerunt. Eam rem usque adeo iniquo animo Fridericus I. Imp. Henrici pater tulit, ut primo quoque tempore Cremonam oppidum ad dolorem Cremonensibus faciendum iussit reparari. Quod opus cum impedire conati Cremonenses essent, castris eorum Soncinum, & Manfredum armis occupata everit: Demum urbem adortus, moenia magna ex parte disiecit. ac multos eorum captivos abduxit, Cremonenses pacem per Episcopum suum Sicardum impetrarunt. Crema ipsa fossis, & vallibus intra tres menses munita, Frixorium inde est Cremonensem appellata. Sigon. lib. 15. regni Ital.

ALOYSIUS, Antonii Venerii, ducis Venetorum F. ob infamiam, qua amatse se repellentis januae aliquot bubula cornua affixerat, a patre perpetuo carcere damnatus fuit. Egnat. lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 3. Fulgosus lib. 5. cap. 8. At Sabell. lib. 8. Decad. 2. patriciae foeminae nuptae hanc contumeliam illatam docet.

EXILIUM.

Consule Tit. Exilium, quatenus exilium severè vindicatur. H

AMILCAR Carthaginensium dux, multis bellis feliciter confectis, in crimen affectatae tyrannidis falso adductus, cum ipse morte multatus esset, tum ejus frater Giskon in exilium adus eorum bona inter se cives partiti sunt. Post cum Carthaginenses aliis ducibus usi, plerumque turpiter vincerent, potentia duci Giskonem ab exilio revocavit, eisque summam belli commiserunt: & inimicos ad supplicium tradiderunt. Giskon vinculis affectus iussit in conspectu populi in ventrem humi procumbere, atque ter incitato pede singulorum colla conculcavit, inquit, Se satis magnas poenas fratrem cadis ab iis repetivisse. His factis, inimicos dimisit, inquit: Non malo malum ultus sum, sed bonum pro malo rependi. Itaque statim commutatio fortunae consecuta est, vincente ubique Giskone, propter subditorum erga se benevolentiam, ac promptitudinem. Polyenus lib. 5.

CAR-

CARCERES, CAPTIVITATEM.

A C. JUL. CAES. insulam Rhodum navigans, ut simul otio operam daret, & literis apud Apollonium Molonem, captus est a piratis: & familiaribus omnibus, praeter tres Romanos remissis, ad redemptionis suae pecuniam procurandam, mansit cum praedonibus dies circa quadraginta, non sine tristitia, & indignatione gravissima. Cumque illi ex convictu familiaritate orta eum percontarentur. Quid eis, si in sua potestate essent, faceret? responderebat jocanti similis. Se illos crucibus affixurum, idque tacitus facere iurejurando etiam confirmavit. Cum vero comitibus, & servis Roma redeuntibus quinquaginta talenta pro redemptionis pretio perfolvisset: libertati redditis, classe illic conquesta illos comprehendit: in quibus jam tum securura lenitatis, & clementiae gustum dedit. Nam cum, & fontes plestere, & juramentum servare fixum esset, modum excogitavit, quo utrumque leniori supplicio completeret. Itaque jugulati illos primum, post exanimis crucibus iussit affigi. Joan. Gerund. lib. 9. Hisp.

SEVERITAS RESPECTU INJURIAE

illatae, consideratae quoad Agentem, ejus, qui injuriam intulit, & laesit alterum sua

IMPROBITATE IN GENERE.

RHACONES, natione Persa, genere autem Mardus, cum sepe prem haberet filios, & ex his Cartomes omnium minimus natu, magos, & sapientes multis damnis affligeret: primum eum pater instituit, & amicis verbis in viam revocare tentabat. Verum ille cui nullam disciplinam admitteret, & quodam tempore vicini iudices eo venirent, ubi Rhacones habitabat: ille comprehensum filium, manibus in tergum revinctis, ad iudices duxit. Ibi quaecumque unquam per audaciam deliquisset, cum accusatione commemoravit: & a iudicibus postulavit, ut adolefcentem ad mortem reparent. At illi animis confirmati, suis sententiis cum condemnare noluerunt, sed utrumque ad Regem Persarum Artaxerxem adduxerunt. Mardo vero ad semper instantem, & eadem contendente, excipiens Rex ait: Potest etiam ferre, ut filius in tuo conspectu vita privetur? se posse, respondit, addens: Cum in hortu nascens lactuorum succulcos amarus desingit, & amputo, tantum abest, ut dolorem ex eo mater ipsorum lactuca patiar, ut etiam magis efflorescat. item magnitudine, & dulcedine plus augeatur. Ad eundem modum ego, o Rex, cum videro eum, qui meam familiam laedit, & vitae fructum officit, obstatque, vitam amittere, & a suis in ipsos injurias prohiberi: etiam ipse amplificabor, & reliquos mei generis similiter mecum prosperam fortunam agere conspiciam. Quibus auditis Artaxerxes Rhaconem collaudavit, & in collegium iudicum cooptavit: adolefcentem autem praesenti culpa liberavit, gravissimam mortem interminatus, si in posterum in crimine deprehenderetur. Aelian. lib. 1. de var. histor.

LACENA filio facinoroso: Aut haec, inquit, crimina, filii, aut te de vita depelle. Plut. in Lucens. Apopb.

MICHAEL Donatus, patricius Venetus, filium suum indulgentius in omni vitae parte agentem publico carceri inclusit. Egnat. lib. 5. cap. 9.

RAVENNATES, Joan. Lemigii Exarchi sub Phoca Imperatore avaritiam, atque libidinem ultri, ipsum cum conjugate, atque iudicibus impunè interemere. Fulgos. lib. 9. cap. 10.

APOSTASIA, HERESI, IMPIETATE.

PAULUS Apostolus Joannem, nomine Marcum, eo quod in Pamphylia defecisset, nec una ad negotium profectus fuisset, in Ecclesiarum visitationes assumere noluit, quamvis id maxime contendente Barnaba. Hinc natum iurgium est, ita ut Paulus Silam assumens, Barnabas Marcum a se dirimeretur. Act. 15.

TREBELLIVS Bulgarorum Rex, conversus ad Christum, filium ad gentilitatem redire cupientem regno, oculisque privavit. Fulgos. lib. 5. c. 8. & Sab. lib. 3. c. 3.

THEODOSIUS M. Imp. Constantinopoli Demophilum, qui Arianorum Ecclesiam obinebat, postquam in proposita permaneret sententia, urbe exire cum omnibus Arias praecipit, atque Ecclesiae eorum Catholicis tradidit, an. XL. postquam ab eis fuerant occupatae. Legem etiam, teste D. Augustino, tulit, ut Episcopus, clericusve in haeresi deprehensus, denis lib. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

brisauri multaretur. Cum autem Demophilus extra urbem injuriam ad convocatam multitudinem quereretur, ac plebique res digna videretur, quae generalis Concilii sententia constitueretur: Theodosius, ut omnes ex Oriente haereses exterminaret, Concilium Constantinopolim in sequentem annum indixit. Praecipua cura fuit, ut Macedoniae ad Catholicorum partes redirent: nam post edictum Gratiani, quo liberam religionis secerat potestatem, iterum ab eis defecerant. Verum inanis omnis conatus cecidit. Cum se facturos negassent, ut Consubstantiale sentirent, urbe exire iussi sunt. Damnati etiam Sabelliani sunt, qui unam tantum Trinitatis personam faciebant: & Apollinarista, qui Verbum ipsi animae ratione carente habitasse, & loco mentis Verbum in homine affuisse dicebant. Ut autem Theodosius ad extirpandas haereses Arianae reliquias Concilium Constantinopoli ex Orientalibus habuit, sic Gratianus Augustus Aquilejae haberi iussit ex Occidentalibus. Convenere ex Italia, Gallia & Pannonia Episcopi, atque Gallorum, & Aforum legati. Sigon. lib. 8. Imper. Occid.

Sub FERDINANDO Catholico, & Isabella regibus, XVII. millia hominum, qui Christo nomen dederant, Vincentii Ferrerii concionibus adducti, sed sensim postea, & clam, ad Iudaismum relapsi erant, errorem suum confessi, & veniam impetraverunt. Obstinati ad duo millia flammis absumpti. Multis concessum, ut in carcere poenitentia agentes vitam finirent. Aliis hoc poenae genus datum, ut infames essent, & privati publicis officiis, auro, & omni genere ferici, duabus crucibus coloris ignei signarentur: quarum alteram in pectore, alteram a tergo super exteriorem vestem gestarent, Mortuorum ossa, publicatis bonis, filiique honoribus, & officiis privati, e sepulchris extracta publice cremata fuerunt. Multi in Portugalliam, in Navarram, in Italiam, in Galliam, alii in alias regiones abiverunt: quorum res, & bona tam mobilia, quam stantia Catholicis principibus in bellum, quod adversus Mauros gerebant, impendere. In Boetia duntaxat eorum; qui cum filiis, & uxoribus fugerant, inanium, & vacuum domum millia quinque reperta fuerunt. Iudaeos inde omnes e regno suorum finibus in perpetuum exulerunt: qui, cum neque vendere suas domos, neque fecum transferre pecunias possent, nonnulli deprehensi fuere, qui nummos in almonio feniculis, & auribus deferebant. Fama fuit, etiam quosdam seniores in lienibus, & vetulas in vulvis multas affortasse pecunias, tanquam in loculis. Marinus lib. 19. rer. Hisp.

THEODERICUS Rex Gothorum in Italia, quantumvis Arianus, cum ministrum praecipue sibi carum, ac Catholicae fidei studiosum haberet, eumque in sui gratiam ad Arianos defecisse videret: usque adeo iram non tenuit, ut manu sua illum confoderit, inquit: Eum sibi fidem praestare non posse, qui Christo se sellisset. Sigon. lib. 16. Imper. Occid.

Cum Saxones Duce WEDERIKO rebellasset, & ille quicquid ubique per Saxoniam Christianum erat persequeretur, occisis S. Willehadi Anglici discipulis aliquot, per Saxoniam, Frisiamque sparsit: Carolus M. in omnes consilii, & facinoris participes severe animadvertit, caesis gladio quatuor millibus, & quingentis. Insuper ex populo Transalbanio ad millia decem cum uxoribus, & liberis, in Galliarum provincias iussit deportari: unde Brabantini, & Flandrenses orti. Reposuit autem in provinciam Gallici generis nobiles: ex quibus in nostram usque aetatem duravit Comes de Pitmont, hoc est, ignito monte. Crantz. lib. 2. Sax. c. 22.

GELASIUS Pontifex, adversus Manichaeos in Urbe suscepit certamen. Eorum libros publice apud templum D. Matiae combussit, ipsos damnavit exilio. Crantz. lib. 2. Metrop.

URATISLAUS Boemae Rex, certior factus, audaciores quosdam de plebe, a Senatu Pragenfi exilio punitos esse: censuram autem in sacerdotibus contumeliosos sibi reservari, quando neque Archiepiscopus, neque ullus Episcopus in Boemia censor sacerdotum extaret: Pragae reverfus, censuram Archiepiscopi induit, notans sacerdotibus ob petulantiam linguarum notari dignos, eosque a sacris adibus remotos, in vincula in arce Carlostaina inclusit, praebitis ad mensuram pane, & aqua, ne futuri ferociter. Attenuatos deinde ex fame, Joannes Varadiensis Episcopus, natione Moraviae a Rege Mathia ad Uladislaum missus, precibus suis in integrum restituit. Dubravus lib. 31.

TAMERLANES, quamvis sectam Mahumeti probaret, quingentos tamen sacerdotes ejus gentis, Damasci incendio templo

concremavit, dicitans, se missum à Deo vindicem in Sarra- cenos, & Christianos, suæ quoque legis violatores, & præ- varicatores. *Cranzius lib. 10. Vandal. cap. 5.*

TIMIDITATE, IGNAVIA.

SPARTANA filium è bello fugientem interfecit. *Tymneus in 3. Epigram. Ut quidam Latinus refert Poeta.*

Hunc timidum mater Damatiron peremit, Nec dignum matre, nec Lacedæmonio. Spatanarum erga filios ignavos severitatem. *Pete ex tit. Severitatis parentum erga liberos.*

HANNIBAL sociorum captivos ad Trebejam, & Transime- num, sine pretio dimisit. Romanorum captivis pretium in sin- gulis equites quingenos quadrigatos nummos adscripsit, in pedes trecentos, centenos in servos. Lecti ergo x. ex omni numero, qui Romam irent, captivorum causam acturi. Mis- sus ab Hannibale cum his Carthalo nobilis Carthagenensis : qui si forte ad pacem inclinaret animi, conditionem ferret. Ubi hos Roman venire audivimus, & jam eorum accessum appropinquare, Carthalo obviam lictor missus est, qui Di- catonis verbis nunciaret, ut ante noctem excederet Romanis

B finibus, captivorum legatis senatus datus est. T. Manlius Torquatus acerba oratione illorum ignaviam invecit : qui cum noctu Sempromium Tuditanum duce fecuti, in rutum abire potuissent, metu, & desidia torpentes in ca- stris opprimi, turpitate capi maluissent : censuit eos nullo modo redimendos, quoniam tali milite uti Reipub. minimè expediret. Quod si etiam utile foret, hostem Romana pecu- nia ditari, à præsentem statu esset alienum. Traxit Man- lius hujusmodi sermone patres in sententiam, responsurum- que datum, Non placere captivos redimi. Propter quod senatus, & lamentatione legatos abeuntes sunt ad portas profecuti. *Sab. lib. 2. Ene. 5.*

Cum M. MARCELLUS Coss. III. in Siciliam missus esset, ad genua se prociunt magno numero Romani milites ex cala- mitate hujusmodi. Qui ad Cannas cum Annibale pugna- rant parum fugam consequerant, partim vivi in poetastem hostium venerant tanta multitudinè, ut non superesse, ne qui muros quidem tuerentur, partem autem ad elato, & magno animo, & constantia civitas, ut nec ca pivos, cum redimere ab Annibale parvo liceret, vellet, immò senatus consulto negaret, maluitque, ut vel interficerentur, vel extra Italiam venundarentur. Quicumque fuga evaserant, hos iussit in Siciliam deportari, neque in Italiam, dum cum Annibale esset debellatum, reportari. Hi ergo M. Marcellum, postquam advenit, frequentes adierunt, sup- plicibus, atque ad genua ejus procumbentes, honestum ordinem militanti postulaverunt, multo eulatu, lachrymisque : re ostentibus pollicentes se, aliquo infortunio potius quam igna- via sua cladem illam acceptam fuisse. Eos miseratus Marcellus, petiit per literas à senatu, ut liceret semper supplere ex iis legiones suas. Verum re multum agitata, decrevit Sena- tus : Militibus ignavis senatu videri nihil Remp. committen- dam esse. Si M. Claudio fortasse aliter videretur, uteret iis : dum ne quis eorum corona, vel dono militati virtutis ergo ab Imperatore donaretur. Hoc senatusconsultum momordit Marcellum, ac cum reversus Romam esset, bello perpetra- to Siculo, exprobravit senatui, quod optimè sibi de Rep. merito id negasset, ut relevarè posset tantum numerum civium calamitate. *Plut. in Marcello.*

D ORDOVICES, Pictorum populi, à Julio Agricola penè ad intremecionem casti. Quicladem evaserant, qua nocte do- mum venerunt, ab uxoriibus (soltis eo modo fugientium virorum delere ignominiam) ad unum sunt jugulati. *H. Boet. lib. 4.*

HENRICUS II. Cæsar, Principes, & urbes Imperii contra Bretislam Principem Boemorum, ob directam Poloniam, tanquam publicè quietis turbatorem, armavit : divisique bifan- iam copias, cum altera parte copiarum ipse Bavariam, cum altera Bernardus Saxonicæ Principis bello clarus per Misiniam proccit. Bretislam de Cæsari, Procopium Belinæ Comitem Bernardo opposuit : mandans, ut in sylvis loco iniquo, & im- pedito Saxones adoreret. Et Cæsarem quidem Bretislam turpi fuga sibi consulere coegit. Bernardus verò reduxit in- columen, & prada etiam onustum exercitum, Procopii culpa, qui nec in sylvis, nec in apertiis campis hosti fe obiciere ausus fuerat. Proinde datus est carnifici primo excecandus, tum de- inde manibus, atque pedibus truncandus, postremo submer- gendus in flumine Belina, ad quod immoto agmine subsistit-

rat. Vix potuit gravior pœna proditioni constitti, quam est constituta tunc pavori. *Dubrav. lib. 7.*

TEMERITATE, AUDACIA.

Cum Titus Hierosolymam obsideret, Judæi quidam por- tis cum impetu egressi, tanquam à populo pulsi essent, latefe studebant, Populus è muro Romanos vocabat, corumque au- xilium contra seditiones implorabat. Titus iis non credere. At milites Romani contra Imp. edictum ad urbem progressi, & ab iis, qui se exclusos simulaverant, & à populo de muris graviter sunt vulnerati. Quos Titus propter inobedientiam interfecisset, nisi legiones omnes pro commilitonibus inter- cessissent. *Joseph. lib. 6. cap. 5. belli jud.*

INTEMPERANTIA, EAQUE VEL ALIMENTARI.

ANTIGONUS Rex, milites nonnullos interitus thoracatos, & galeatos pile ludentes, gesticiv, accivique eorum præ- fectos, ut eos laudaret. Quos ut accepit putare, illorum præ- fecturas attribuit militibus. *Plut. in Apphi.*

P. SCIPIO Africanus, reitanciat censor, ademit juveni Equum, quod opparat cœnas, quo tempore oppugnabatur Carthago, format ad urbis effugium placentiam, quam Carthaginem appellavit, convivis apposuisset diripiendam. Quærenti causam. Cur equum sibi ademisset ? inveni : Quia Carthaginem, inquit, me antevertisti diripere. *Idem.*

VENEREA LIBIDINE QUALICUMQUE. *Vide tit. Pœne stupri, incestus, sive inferenti, sive sponde patienti pœna infigatur.*

HERCULES ex Calydone cum Dejanira, & Hylæ ea nato profectus, cum fortè ad Evenum fluvium venisset, Nessum Centaurum circa ripam fluminis versantem ostendit. Erat is solitus vadandi fluminis imperitos, timidoque traicere. Sed cum Centaurum dico, hominem quò sedentem intelligi vo- lo, non monstrum. Nessus puella, quam, vehebat, ut præcipua cupidus, eius celeritate fretus, Dejanira in ulteriorem ri- pam devectavim asserre conatus est. Hercules qua conitus congesti fluminis interventu prohibebatur, Nessum procul sagitta confixit. *Sab. lib. 6. Ene. 1.*

ARISTOCLES Orchoemni tyrannus, adamavit virginem C Strymhalidem, cuius pater per Aristoclem cœcis, confugit ad templum Dianæ, & simulachrum ejusdem tenuit, donec in eo loco confoderetur. Ob ejus verò mortem tota Arcadia tanto dolore commota est, ut sumptis armis virginem privaverit vita. *Guido Bituvicensis.*

Virgo ARGIVA Byranti duce præfidiariorum Argivorum, à quo raptæ fuerat, oculos noctu eruit. *Pauf. in Corinth.*

ASTYGES Melytensis, tyrannum Tartarum, fororis pudici- tiaè insidiantem, interfecit. *Anton. Liberalis in Transiorm.*

ZALEUCUS, Locrensium legislator, filium ob adulterium, altero seipsum oculo, privavit. *Diod. Siculus.*

Cum ALEXANDER Thebas everteret, Thraces aliquot do- mum Timoclea illustris præfecz, & castæ exciderunt. Præ- dam hauserunt milites. Præfecz ubi per vim stuprum ob- tulit, quæsit : Equid alicui auri, vel argenti oculuisset ? Illa habere confessâ, solum in hortos duxit, monstratoque puteo : In hunc, inquit, dum expugnat urbs, carissimas, quasque res meas projecit. Inclinatem caput, & desipientem locum, implet itans à tergo hominem, multique in eum provolutis faxis oppressit. Ut raptâ à Thracibus est in vinculis H ad Alexandrum : primum ille ex ore, & incestu dignitatem mulieris, & magnanimitatem animæ vertit imperterrite, & constantè ducentes sequentis. Deinde interrogata à rege, Quenam mulier eslet ? Theagenis respondit forem te esse ejus, qui dimicasset acie pro libertate Græcorum contra Phi- lippum, & ad Charoneam cecidisset. Cujus Alexander ad- miratus & responsurum, & factum, liberam abire cum liberis iussit. *Plut. in Alex.*

Narrant scriptores Græci, THEBANAM Virginem, quam hostis Macedo cotrupserat, dissimulasse paulisper dolorem, & violatorem virginittatis suæ jugulasse : postea dormientem, seque interfecisse gladio : ut nec vivere voluisset perditam calitatem, nec ante mori, quam fuit ultrix existeret : D. He- ton, & L. Vives lib. 1. de Christiana Famina.

Charoneæ insignis nobilitatis reliquis puer unus fuit orbis parentibus, DAMON nomine, qui Peripolitas cognomi- ne dictus fuit. Hunc corporis venustate, animique magnitu- dine

dine longe æqualibus antecellentem juvenibus, sed rudem aliâs, & moribus asperum : Romanus quidam cohortis, qui hyper- nabat Charoneæ, ductor, modò adulum amans, ubi precibus, & numeribus obnoxium sibi facere nequirit, vim præ fe re- barè allaturum. Id veritus Damon, atque ex illa excandescens appellatione, struxit infidias, ac coitionem in eum æqualium suorum fecit non multorum, quò clam essent. Fuerunt autem omnes sexdecim. Hi noctu in festâ fulgine facie, meto onusti, prima luce facrificantem in foro Romanum adoriuntur. Illo, & non paucis, qui circa eum erant, obruncatis, profugiunt urbe. Turbata civitate senatus Charoneensis hos concilio ha- bito capitis damnavit, ut ea suppeditaret ipsi ad Romanos fa- tisfactio. Vespere autem magistratibus una de more cœnan- tibus, cohors Damonis facta in curiam irruptione, contruci- dat omnes, iterumque ex oppido fe retrahit. Sub idem forte tempus Lucullus cum copiis in expeditionem aliquam iturus, transibat illac, qui subfistit ibi, ac recenti adhuc facinore qua- sitione habita, civitatem repetit non solum infonem, verum etiâ patiter violatam. Itaque milites inde secum abduxit. Porro Damonem, qui latrociniis, & incurfionibus agrum op- pido finitimum depradabat : civis verifus legationibus, & decretis perleverunt ad redeundum in oppidum, reducentque præfecerunt gymnasio : inde ungentem in sudatorio intere- mere. Quia verò peridui sibi spectra conspiciebantur, & gemi- tus exaudiebantur, obstruxerunt fores sudatorii : atque in hanc atatem ejus loci vicini species illic versari, & voces audi- terribiles arbitrantur. Illius posteros Absolomenos Damo- nis causa vocant : quòd ille ad eadem tendens fulgine, quam ad vos vocant, erupit. Ut verò contemnerint Orchoemni, qui- bus contentiones erant cum Charoneensiis, quadruplato- rem Romanum redemerunt : qui fecit unius hominis nomen detulit civitatis, adduxitque eam ob eadem ab Damone inte- repturum in iudicium : cuius questionis fuit Macedonia prætor judex (neque enim dum mitebant Romani in Græciam prætores) patroni civitatis testem laudaverunt Lucullum. Ad quem cum prætor scripsisset, perhibuit testimonium ille veri- tati. Ita civitas hæc, que versabatur in summo periculo, fuit iudicio liberata. Quare illi, qui tunc affecuti fuerunt incolu- mitatem, statum marmoram Lucullo in foro justæ Liberum C partem posuere. Equi tunc Plutarcho Chæroneus lucte- rent gratitudinis ergo descripti. *Plut. in Troiano Cimonis, & Luculli.*

PONTIUS Aufidiano Romæ, ubi filiam suam Fannio Satri- nio à pædagogo proditam comperisset, & servum, & filiam intremet. P. Attilius Fhilicus filiam, quòd fe stupri fediditate contaminaverat, trucidavit. *L. Vives de Christiana femina, lib. 1.*

Exerciti, & copiis Gallogæcorum à Cn. Manlio console in Olympo monte ex parte detitis, ex parte capitis, cum ad Angiram urbem stativa haberent, cum Teftofages occupa- rant : centurio, qui custodiæ captivorum præerat : Orif- gones Gallorum reguli Uxor eximia inter suas populares pul- chritudine, ad omnem injuriam obnoxia, stuprum intulit. Inde ut merentem illius animum leniret, auri talentum pa- dus, occulte fe illam è custodia ad suos dimissurum pollicer- tur : sciquelili porcitatem mitemdi servum in altera Gallo- rum castra, qua ad decem millia passuum inde aberant, ut noctu tuo ex necessariis ad constitutum locum, cum auro ve- nirent. Affuerunt illi ex edicto, & centurio cupiditate auri impulsus, captivam ex custodia eductam, ad destinatum locum perduxit locum. Ibi illa Gallica lingua hortatur suos, ut stricto ferro hostem obruntent, cædeque perpetrata jacētis caput ferax mulier abscessum sinu involvit. Inde ad Orifgon- tem, qui in castra ex Olympo perfergerat, reversâ, in ejus conspectum caput abiecit. Tum mirante illo, Equid rei id esset ? Ultra sum inquit, prifusquam ad te venirent, corporis injuriam, violatamque ab hoste pudicitiam. *Ex Livio, & Val. lib. 6. ca. 8. Sub. lib. 7. Ene. 5.*

D AUGUSTUS Cæsar, filiam Juliam, ob impudicitiam cum Julio Antonio, & aliis transactam, in Pandateriam insulam relegavit, interfecit scortatoribus. *Dion. & Suetonius.*

OPITIUS Macrinus Imp. adulterii reos semper vivos simul incendit, junctis corporibus. *Jul. Capitolinus.*

TOTILAS, Gotherum Rex, Neapoli potitus, quandam virum strenuum, qui fe stiprum insulam inulisse conscieba- tur, in carcerem, ut ultimo supplicio afficeretur, condi- dit. Qua re perpectâ, Gothi vicem ejus solliciti, ab eju- modi proposito deterere conati sunt : quibus ille respondit. Ejufdem ingenii esse, delicto fe obtingere, & delictorum L. B. Theat. vit. Human. Tom. V 11.

supplicia impedire : omnino autem, aut hunc pœnas dare, aut Gotherum Remp. interire neesse est. Postquam Theo- dahatus Rex (qui præfetz Etidrie prius, repetundarum damnatus fuerat) æquitatem divitiis posthabuerit, Deum Gothis minus propitium esse factum. Præstantius autem esse, justitiam custodire, quam negligendo invidiam con- citare : neque enim qui virginem violaverit, probè fe ge- nere in certaminibus posse. Quibus auditis, illi homi- nem repetere desisterunt : ipse verò, violatore necato, bona ejus virgini violatæ largitus est. *Sign. lib. 19. Imp. occidentalıs.*

ALFONSI Casti, Asturum Regis, soror Semena ex Comi- te Sancio viro nobili, furtivo connubio, suscepit filium Bern- nardum. Rex Sancierum in castro Lunæ vinculis coarctavit, ad mortem usque : Semenam in monasterium detruxit : Bern- nardum, qua non habebat filium, educavit. Qui postea- quam adolevit, sub Rege Alfonso III. bello clarus, prop- è Salmanticam arcem Carpium extruxit, & Saracenis jun- ctus, non alia ratione reconciliari potuit, quam patris licet ex senio jam cæci liberatione. *Rod. Tol. lib. 4. rer. Hisp. cap. 9. & 15.*

OSIRETUS Anglorum Rex, Buerni Angli uxorem adu- lterio polluerat. Buernus, Hungare & Eubban Gadam adu- lterum Regis fratres adduxit. A quibus Constantin. Scotor. Rex capus, & securi percussus, & Osibretus cum Ella fratre cæcus est. *H. Boet. lib. 10.*

CULENUM, Regem Scotorum scelestis proceres loco mo- vere conabantur, Conventu Sconæ indico. Eo euntem Cu- lenum paucis comitatum, haud inficum quid primores in se molirentur, ad Messen arcem, Cadharðs loci Thanus, cu- jus filiam jam olim rapuerat, medio propè itinere obrunca- vit. *Idem lib. 11.*

CHARITE nobilis virgo è numero procorum Leopoleum fe- legerat, parentum consensu. Repulfam agerrime Thra- sillus ferens, simulque flammis amoris excandens, Leopoleum venatum egressum, apri laniatibus incautum obicit, & quam ipse ferebat hasta configit. Enormem hanc perfidiam manes infelicis juvenis lugenti sponse nocturno somnio aperuerit. Interea Thrasyllus nefando sibi hoc aditu ad persuasas nuptias facto, Charitem amicit. Illa vindictæ G avida, mutuum amorem pollicentur, & ad futivum concu- bitum impotentem affectus adolescentem veniant. Adest con- dictio temporis momento, dumque ad venientem prætolatur, cibo fe reficit, vinum saporifero veneto mixtum avidè hau- tit, & in fornium solvitur : cum irumpens Charite, ac crinali capite deprompta Thrasylli sopia tota convulserat lu- mina, eumque profus exoculatum relinquent, arrepto ma- gisti gladio, ad ejus sepulchrum seipsam confodit. *Apulejus 8. Apit. Ar.*

HITHINUS Norvegius regulus, apud Hoghâm futorum regulum insimulatus est, quasi filiam ejus Hildam ante spon- salsium sacra stuprillicebis temerasset : quod tunc immanè eundis gentibus facinus habebatur. Igitur Hoginus, Hithi- num regia apud Sclavos stipendia colligentem, classe lœccis, confertaque manu victus, Juliam petivit. Frotho, Danor- um Rex, juxta legis à fe lata formulam pronunciat, fati- pœnæ stupratori esse, confuprata conjugium. Videns au- tem ne sic quidem eos in gratiam reduci posse, patre filiam pertinacius reposcente, litem ferro decidendam edixit. Id quippe solum dirimendæ controversiæ remedium videbatur. Inita pugna, Hithinum Hoginus ingenti vulnere prostravit : formæ tamen ejus, & juventæ miseratione, à cæde abstinuit. H Olim namque impuberem, aut invalidum vita spoliare, ru- bori deputabatur. Iidem septimo post anno apud insulam Hithin- tho mutuis vulneribus consumpti sunt. Perunt, Hildam tanta mariti cupiditate flagrasse, ut noctu interfecertorum man- nes redintegrandi belli gratia carminibus excitate credatur. *Saxo. lib. 8.*

INGELLI Danorum Regis forem HELGAM quidam aurifex obscuræ stirpis, blanditibus compositus, ac variis instructus mu- nificulis, quibus muliebri maximè cupiditas capitur, in mu- tuas faces amatoria comitate pertraxerat. Quippe post obti- num regis, custodie inops, tutoribus destituebatur. Quod cum Starthaterus ex affidua viatorum relatione cognosceret : è Sve- cia ad volans, fabri domum ingressus, vicinum limini locum occupat, pileolo ne proderetur obscurante. Quem faber objur- gatam domo ocyus excedere jubet. At fenex nihil offensus, fordidi hominis gestus observare. Ergo cum faber in puella gremio caput deposuisset, ut comam sibi deperceret inde femo- talibus exutus publicum candorum munus ei demandasset : P 4 mox

prædam, redintegrato demum federe abiisse. At Scythalus Rex non multo post tempore violati memor fœderis, centum, & quinquaginta millia hominum adversus eum coegit: belloque superior, pro acceptis in Mysia injuriis univerfam ferè Macedonia devastavit. *Bonif. lib. 2. Dec. 1.*

ALFONSO VI. Asturum, & Castellæ Rex, Toletanam urbem ea lege in dedicationem acceperat, ut major Mezquita Saracenorum cultui integra servaretur. At rege absente, Bernardus Archiepiscopus Toletanus, instigante Constantia Gallica regina, noctu è templo ecclis Saracenicis, erexit altaria Christiana, & in majori turri campanas ad convocationem fidelium collocavit. Rex perfidiam notam metuens, properè rediit Toletum, Bernardum, & Reginam crematurus, Saraceni re comperita cum parvulis, & uxoribus in pagò, qui Magam dicitur, Regi obviam exierunt. Rex existimans eos causa querelæ venisse, inquit: Non vobis injuria facta est, sed mihi: itaque mea intererit, & vobis satisfacere, & inobedientes punire. At Saraceni flexis poplitibus cum lacrymis inquirunt: Bene novimus, quod Archiepiscopus Dux, & princeps est legis vestræ: & si causa fuerit necis ejus, Christiani nos extirpabunt: & si Regina perierit causa nostris, femini ejus erimus perpetuo odiosi. Petimus ergo, ut parcas eis, nos te voluntariè absolvis à juramento. Sic ira Regis sededit. *Roderic. Toletan. l. 6. ver. Hispan. c. 26.*

PRODITIONE.

MARDONIUS per Bœotiam Atticos fines ingressus, Athenas iterum occupavit, decimo mense ab eo, quo Xerxes eas ceperat. Ex Athenis Salaminem misit ad Athenienses, qui eo populariter migraverant, Murihidem quendam Hellepontium: ratus, quoniam armis subacta esset Attica, Athenienses jam de pace cogitare. Ibi ubi in senatu exposuit, quæ essent Mardonii postulata, Lycidæque unus è senatoribus sententiam dixisset, videri sibi de ea re esse ad populum referendum (corruptusne pecuniis à Barbaro, an metu, incertum) multitudine Lycidam lapidibus obruit: quin & mulieres, in Lycidæ domum ruentes, uxorem & liberos lapidarunt. *Sab. lib. 2. En. 5.*

PAUSANIAS Cleombroti F. ob prodicionem patriæ à Spartanis comprehendens, cum sese in templum Palladis recepisset, à matre Theano proditus fuit. Dubitantibus ibi Lacedæmoniis, num fas esset supplicem abstratum ab aris deponi ad supplicium Theano, vel ut Suida videtur, Anchithea mater, templum id taciturnitate intravit, nec quicquam aliud agitavit, quam quod laterem, quem rectum secum attulerat, in limine templi deposuit: moxque hoc peracto domum se recepit. Tum Lacedæmonii maris facta admoniti, aditus templi omnes muro obruerunt, inedia Pausaniam confecerunt.

ULADISAVUS Boemorum Princeps, Henrici V. Cesaris auctoritate recuperato principatu, quem Borivorius occuparat, Prætozem urbis Pragenfis proditorem, in equum strigiosum impostum, & post tergum illius vetulum canem alligatum, per circum iussit circumduci, liçtore barbam ejus manu tenente, quam dein cum mandibula abscidit, & columnæ in medio Circi positæ affixit, extrâ moenia prætoze extruso in exilium. *Dubrav. lib. 10.*

DEFECTIO. REBELLIONE.

Rex Thracum Byfaltiorum, cum XERXES Græciæ bellum inferret, sex liberos adversus patriam arma capientes oculis privavit. *Ælian. de Var. hist. lib. 5. c. 9. Herod. lib. 8.*

L. JUN. Brutus post exactos Reges priores Romanorum consul, cum per Vindictum Aquiliorum servum cognovisset D. Titum, & Scompronium (Plut. Valerium habet) filios, ad recipiendum in urbem Tarquinius, cum Aquilis, & Vitellis conjurasse, vinciri eos iussit, & utrumque nomine compellans: Age Tites, inquit, age Valeri, quid respondetis ad crimina hæc? Ubi ter interrogatus, nihil responderunt, tum ad liçtores converso vultu: Jam reliquæ, inquit, vestræ partes sunt. Illi confestim inveniunt adolecentibus manus, togis spoliant, manibus post tergum illigatis corpora virgine cadunt. Ibi aliis oculis avertentibus, fama est, faciem illum nusquam alio detorsisse, nec misericordia quicquam de solita vultus austeritate, & severitate miravisse, sed torvè filios in medio supplicio intuitum, dum humi extensis securi percussere. Inde permittens reliquos collega, discessit. *Plut. in Poplicula. Livius l. 1. Dec. 1. Dionys. l. 5. Florus l. 1. c. 9. Val. Max. lib. 5. c. 8. Eutrop. lib. 1. c. 11. Oros. lib. 2. c. 5.*

A. FULVIUS Kom. Senator, filium castra Catilina secutum

retrahens, supplicio mortis affectit: præfatus, Non se Catilina illum adversus patriam, sed patriæ adversus Catilinam genuisse. *Val. Max. lib. 5. cap. 8.*

ILLURGITANI in Hispania, cum prosperis rebus Romanorum socii fuissent, post casus tamen Scipionis cum exercitibus defecerunt ad Phœnos, & Romanos, qui ex illa clade ad eos profugerant, hostibus prodiderunt interficiendis. Postquam Pœni ex Hispania à P. Scipione pulsati sunt, ad pœnas Illurgitani exposcuntur. Cæterum cum obstinatis animis populariter repugnarent, obsessi, & expugnati, in omnem ætatem servitum. Civitas inde direpta, & exusta fuit. *Joan. Gerund. lib. 5. Paralip. Hispanie.*

DIOCLETIANI anno 7. Busris, & Coptus (Copos habet Pomponius) divites, & populosa urbes, Thebis vicinæ, rebellionem contra Romanos moventes, ad solum usque subversæ sunt. Decimo anno, Alexandria cum omni Ægypto, quæ per Achilleum Ducem à Romanis defecerat, octavo mense obfidionis (cujus etiam *Euseb.* meminit *lib. 7. cap. 32.*) à Diocletiano capta est: casibus ubique defensionis auctoribus, plurimisque per omnem Ægyptum gravibus persecutionibus, plurimisque vexatis, an Chr. 298.

PLACIDIA Augusta, Valentiniani III. F. ad Augustalem dignitatem erecto, Imperii procuracionem adeptæ, Ravennam urbem diripiendam militibus dedit: ob id civibus vehementer infensa, quod eos Joanni tyranno studuisse compesceret. *Sigon. lib. 12. Imp. occid.*

DEPREHENFIS CATTILINARIÛ FELICIS conjuratis, Senatus decrevit, ut P. LENTULO Sura Senatori magistratus abrogaretur, omnes in libera custodia tantisper essent, quod de fontibus, aliud publicè statueretur. Cum patres sententiam inter se variarent, C. Jul. Cesar bona conjuratorum publicanda, ipsos in vinculis per mancipia habendos, ne quis postea de his ad Sen. referret, aut cum pop ageret, censuit. Contra M. Caro capitale de his fundendum supplicium. In Catonis sententiam factus S. C. Cicero non expectata nocte in vinculis conjuratos necari curavit, & ad frangendam reliquorum audaciam ad pop. conversus, Vixerunt, inquit. Ex ea audaci animo versione tantus honos Ciceroni apud bonos accessit, ut idem Caro vitæ gravis, omnique affentatione liber, cum Patrem patriæ appellandum censuerit, atque ut censuit, ita sit decretum, qui honor nulli ad id tempus contigerat. *Sab. lib. 5. En. 6.*

LEONE... mortuo, Otho I. Imp. Episcopos ea dote Romam misit: atque iis præsentibus, populis, clericisque concordibus animis Joannem XIII. Pontificem declaravit. Petrus præfectus Urbis, consul tribuni plebis, qui Decarones dicebantur, opes suas ab Othone fractas accipere ferentes, Joannem comprehenderunt, & in arcem inclusunt, ac nihil de sententia remittentem Urbe depulserunt, Rosfedo Comitæ ex Campania summa potentia viro in auxilium advocato: Joannes egressus, Captum ad Pandulum principem venit. Pandulus Joannem fratrem, ut Rosfeditum severitatem occideret, incitavit. Quo facto Romani, Maximo quo nitebantur prædio spoliati, post decem menses Pontificem Romam ex Campania revocarunt, & ad magno studio in sede sua reposuerunt. Pontifex ut gratiam Principibus Capuanis referret, Archiepiscopatuum apud eos instituit, & Joannem ipsum Rosfedi præcussorem, antistitem consecravit. Otho Romam veniens, judicio de ecclis turbatoribus constituto, severe animadvertit in omnes. Consules Italia pulsi, tribuni suspensio enecat: præfectus verò vestibus exutus, atque utre redimitus, per frequentiora Urbis loca asino ad ludibrium avertis circumvehitur, ac demum virgæ castis macerandis retro carceri traditur. Rosfedicadaver ejus sepulchro extratum latè passim effuditur. *Sigon. lib. 7. regni Ital.*

OTHO I. Imp. Romæ instituit infigne convivium, Pontifici, Episcopis, & civibus, armatis in formam coronæ circumstantibus. Inter medias adipes gravissimè conestus de iis, qui sedes rupissent, satellicibus mandavit, ut eos à mensa abruptos obrucarent, cæteros hortatus, ut cum læticia prænderent. *Cuspin.*

Romani GREGORIUM V. Pontificem, Othonis Magni F. ab Othone III. creatum vere egerant. Crescentius autem Nomentanus, homo sediciosus, denuo consul confirmatus Rempub. arripuit: ac more vestro, ne quid detrimenti Respublica patiatur, Otho urbem ad ea moenia instauravit. Molem Hadriani (quæ hodie castellum S. Angeli cognominatur) ita munivit, ut longo tempore post Crescentii arx vocaretur. Otho urbem ad eam redegit necessitate, ut fame impulsus patentibus portis Imperatorem reciperent. Joannem pseudopontificem oculis.

LATROCINIO, FURTO, SACRILEGIO.

VACCIS si quis, vel minimum ex alterius agro eripuisse, capite luebat: sicut Phrygius rastro, aut vomer subtrahere. Et Indis, qui vestigal furatus esset, capite pledebatur. *Alex. lib. 3. cap. 5.*

ACTISANES Æthiopiæ Rex, occupata partim vi, partim voluntate Ægyptiorum Ægypto, latrocinio novo more compefcuit, fontes neque morte plefcens, neque linguens impunitos, eorumque judicio constituto, convictos omnes in unum coactos miti supplicio affectit. Amputatis enim naribus in ultima deserti ire compulsi, ibique civitatem condidit ab excisis naribus Rhinocoruram appellatam. Ea in Ægypti, Arabiæque finibus haud procul mari lita, omnibus vitæ comodis caret: Nam omnis vicina regio salsa est, & intra moenia unus puteus, atque is inutilis, ut potè aqua gustu amara. *Diador. lib. 2. Augustin. de Civ. Dei, cap. 15.*

M. FABIVS Cesar, Fabium Butonem F. furti infimulatum, capitis reum egit, & ultimo supplicio affectit. *Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 13.*

C. JUL. Cesar, captus à prædonibus, & allata Mileto pecunia, qua redimeretur, & numerata, complevit confestim naves, atque ex Mileforum portu ad persequendos prædones solvit, occupansque illam insulam adhuc stantes, plerisque in potestatem redegit: quorum pecuniam in prædam vertit, ipsos Pergamum dedit in custodiam: atque ad Junium, qui cum imperio Asiam obtinebat, profectus est: quod illius ut prætoris esset de captivis supplicii fumeret. Qui cum numamis eorum oculis adscisceret (neque enim pauca summa erat) & de captivis consideratum se diceret per otium: salute Cesar prætori dicta Pergamum contendi, sustulitque in cruce piratas omnes, sicut per speciem joci crebro in insula illis prædicat. *Plut. in Cesar.*

ALVARUS Anius Lugus, eques Calceus, ne proderetur à notario, quem falsas tabulas obsignare coegerat, cum domi sue crudeliter occideret. Crimen inde falsus, xl. aureorum milibus vitam redimere volebat, in bellum Granatense contra Mauros. Sed Isabella Ferdinandi Catholici uxor justitiæ majorem quam pecuniæ rationem habens, eo tempore, quo maxime egebat, capitali supplicio Methymnæ campi afficendum curavit: & ne opibus ejus in solidum inhiasse videretur, omnia ejus bona, quæ alioqui fisco debebantur, liberis ejus condonavit. *Maryneus lib. 21. rer. Hisp.*

FROTHO III. Danorum Rex furi trajectis ferro nervis in suspendium acto, lupum collateralem a fangi præcepit, ut malitiam hominis acerbitati bellus similitudo exaquaret poenæ. Eandem quoque in furtum consilio multam extendit. *Sigon. lib. 5.*

ERICUS II. Danorum Rex, Suenonis F. bellum intulit Julino clarissimo Vandalorum oppido ad mare, quod Danos exules foret, & inde piraticam in Danos exerceret. Arcta cinxit rex obsidione oppidum, adegitque habitatores dedere profugos. Eos deligatos ad palum nudari iussit, ventrem in longum novacula scindi, viscera profundis, & cor extratum viventibus ostendi. *Crantz. libro 3. Vand. cap. 20. ex Sab. lib. 22.*

Cum OTHO I. ad liberandam Italiam à Berengarioz tyrannide, & ad purgandam sedem Apostolicam, quæ Joan. XII. miris esset polluta sordibus, evocaretur: secum agere cepit, cui terminos Saxoniz, Danis, ac Vandalis novis ad fidem gentibus confines, commendaret: quippe strenuo viri indigere res nova videbatur, qui quotidianis, & assiduis curis ad tutelam finium, & ad continendos in fide barbaros pervigilaret. Erat in regni ministeris Hermanus, Bilingi cuiusdam F. vir industrius, militari, sed infimo genere natus, tenui patrimonio, ut potè septem solis mansionariis fructus. Hic singulari, & incredibili industria meruit, ut primum regionum pædagogus fieret filiorum: deinde cum majoribus etiam par videretur officis, præficitur in absentia regis, regundæ ultimæ Saxoniz ad Albis confinia. Quo in opere ita fevigilem, & justum ostendit rerum arbitrium, ut ab omnibus & prædicaretur, & (quod est amplius) etiam amaretur. Nam septem ejus mansionarii, fiducia forte freti, quod Dominus eorum præfectura terræ potiretur, insolentiores facti, nonnulli finitimus injuriæ patratu intulerunt furto, accusatos, & convictos, uno omnes suspendio iussit multari. Cujus rei fama per celebri rex motus, omnem illi inferioris Saxoniz ditionem per absentiam sui diuturnam permisit. Sed ille per incrementa quotidiana tantum profecti iustitia, & forti-

lis primùm, dehinc vita privavit, Gregorio restituro. Creascentium consulens ex fuga retractum, villi jumento aversum impolitum, per urbem circumvehit paulatim membris detruncatis. Postremò ante urbem suspensus, mille vulneribus à militibus effe confolus. Gregorius, ut Cesar, Germanique gratificaretur, novam fecit de eligendo à Germanis proceribus rege sanctionem. *Cusp.*

VENETI Carrienses principes Patavinos in carcerem conjectos necarunt: quoniam magis affecti beneficiis à senatu Veneto non modo grati non fuerunt, sed externos quoque principes ad Venetam libertatem opprimendam sollicitarunt. *Egnat. lib. 9. cap. 3.*

MALCOLMUS IV. Scotorum rex, mitissimi alioqui ingenii, crebra rebellionem Moravorum exacerbatus, qui etiam facinorosa regios trucidaverit, prælio victor, gentem ad internecionem perdidit: solis pueris, senibus, ac feminis pepercit. *H. Boetius lib. 12.*

DESERTIONE.

TULLIUS Hostilius Rom. Rex, Metium Suffetium Albanorum Dictatorem, qui feroce otium spectatorem Romanæ virtutis præbuerat, ut oppressis vi inimicorum Romanis ipse hostium gratiam aucuparetur, quadrigis dilacerari iussit, Albam diruit, cives omnes Roman transtulit. *Livius.*

FREDER. I. Imp. an. 1175. Alexandriam obfidente, quæ Alexandro III. Pp. & rebellibus Lombardis favebat. Henricus Dux Saxoniz religione tactus, ac pontificia, ut præ se ferebat, detestatione deterritus, ab eo discessit, ac secum magnam Germanorum partem abduxit. Fredericus ipsum quoque ad Lacum Comensem subsequutus, propè ad genua accedens, obstentus est, ne se, remque publicam in tanta rerum iniquitate desereret, neque aperiora in se ipse fratris uxoris suæ filius ederet, quam communis nominis hostes Itali exoptarent. Quod cum ille firmato ad discedendum animo concedere noluisse, Fredericus in castra revertit. Mox inducias cum hoste pactus, transfregit in Germaniam, Henricum de majestate reum coram iussit adesse. Cum quidam principes negarent, Henricum Ducem, nisi in finibus suis, iudicari ab Rege posse: surrexit nobilis quidam, qui quocunque Imperii loco iudicium constitui de eo licere asseruit, idque angulati se certamine protulerunt. Henricus sententiam lata damnavit, ac Ducatum ejus Noricum Othoni, Saxoniz Alberto attribuit. *Sigon. lib. 14. regni Ital.*

OTHO II. Imp. magno prælio à Græcis, & Saracenis in Calabria superatus, non magis hostibus, quam aut Romanis, ab Evenentanis desertoribus iratus, sequenti anno de improviso Beneventum invasit, atque oppidum captum ad vindicandam oppidanorum perfidiam hostiliter diruit: & ut majorem eis dolorem inureret, ossa etiam S. Bartholomæi Apostoli, quæ illi præcipua veneratione colebant, inde extulit. Ea Romam translata, ut inde in Germaniam transferentur, Tiberis in insula Lycæonia collocata. *Sigon. lib. 7. regni Ital.*

PERFIDIA ERGA CONJUGES.

Cum Galli in cursorem facerent in JONIAM, civitateque depopularentur, in Mileto forte Cereris sacra Thesophoria celebrabantur, & mulieres congregatæ in templo erant, non longe à civitate. Barbari mulieres rapere: in quarum numero Erippe fuit, uxor Xanthi, hominis primarii in Mileto. Xanthus, destructa magna parte bonorum, comparatis aureis mille, primum in Italiam transit: inde per Massiliam in regionem Cætarum: ubi Erippem cum Principe Cætarum nuptiam reperit. Ab eo hospiti exceptus, Cætam perussit, ut sibi uxorem restitueret. Erippe perfida Cæta indicat multitudinem auri, fuisseque ut occideret Xanthum: confitens, se ipsius amore plus quam patriæ, & viri teneri: Xantho verò se penitus esse infestam. Occultavit indignationem Cæta, & Xanthum comitatus, ubi ad fines Celtice pervenit, sacrum fe facturum inquires, Erippem, victimæ affare fuisse de more, & incauta caput amputavit. Xanthoque simul revelans insidias ab ea paratas, omne aurum illi liberaliter donavit. *Partben. de A. mat. cap. 8.*

JUSTINIANUS Imper. Amalafuentæ reginz, à Theodahato marito ingratis, necate, morem ulturus, bellum adversus Theodahatum paravit: quo deinde Gothorum in Italia imperium concidit, atque ipsa Italia omnis atrocissimum calamitatum exempla perensit. *Sigon. lib. 17.*